



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 79. Modestia Ignatii hoc edictum recipientis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

**Sæcul. XVI** ter examinatis & perpensis hæc Societas vi-  
**A.C. 1554.** detur in negotio fidei periculosa, pacis Eccle-  
 siæ perturbativa, monasticæ Religionis ever-  
 siva, & magis in destructionem, quam in adi-  
 ficationem.

Huic conventui præter alios Docto-  
 res præcipue intererant Benedictus de  
 Curcellis, Maillardus de Mouchy, Perio-  
 nius, Ory hæreticæ pravitatis Inquisitor,  
 necnon Faber Syndicus.

§. LXXIX.  
*Modestia Ignatii hoc edictum  
 recipientis.*

*Orland. l. 15.* Postquam hoc edictum, cuius propria  
*n. 43.* retulimus verba, Romam fuerat  
*Bouhours* transmissum, mox per Societatis Præpo-  
*p. 145.* situm Jesuítis tradebatur, ex quibus u-  
 naomnes censebant, quod datis ad ho-  
 scœ Doctores literis innocentia esset vin-  
 dicanda, eisque demonstrandum, quam  
 sinistram de societatis instituto foverent  
 opinionem: solus tamen Ignatius huic  
 opinioni adversabatur, putans, quod  
 huic decreto nullum responsum magis  
 expeditum opponi posset, quam prudens  
 silentium: „Occurrentibus quibusdam  
 „cauſſis, ajebat Ignatius ad suos Patres,  
 „consultius est tacere, quam loqui, & ca-  
 „lamo non opus est ad sui defensionem vel  
 „vindictam, quando ipsamet veritas se  
 „defendit, ac vindicat. Porro quan-  
 „tumcun-

„tumcunque ingens sit auctoritas illo- **Sæcul. XVI.**  
 „rum Theologorum, qui nos conde- **A. C. 1554.**  
 „mnant, nullatenus tamen nobis perti-  
 „mescenda est; Deus enim est defensor  
 „noster, reponamus ergo in ejus manus  
 „caussam nostram, & de calumnia vi-  
 „ctoriam reportabimus.,,

Addunt nonnulli, quod Ignatius suis filiis fidem fecerit, fore, ut superatis omnibus obstaculis Societas ad Regnum esset admittenda, ac Parisiense Collegium ex omnibus in Europa futurum sit celeberrimum. Nec vanum erat illius vaticinium; quippe præfigii veritatem eventus comprobavit. Paulo post editum hoc decretum nonnulli Parisienses Doctores unacum Cardinale Lotharingio Romam pervenerant, quibus etiam Divus Ignatius præsente hoc Cardinale colloquebatur, cum autem ex his quidam nomine Benedictus hujus decreti æquitatem tueri vellet, Olaus, qui suum Præsidem comitabatur, loquenter interpellans egregie suam Societatem defendebat: interim Doctor Benedictus hac in occasione Ignatii moderationem, agendique modum deprædicare cogebatur.

### §. LXXX.

*Fœsūitæ divulgato decreto Parisiis vexati.*

I 3

Atta-